

unicuique Congregationi ipsum Parochum loci, seu ali-  
um Sacerdotem sibi benevisum, qua Directorem præfi-  
cere, cui facultates oportunas ex nunc conferre inten-  
dimus.

Placeat tamen eidem Rmo Archiepiscopo Quebecensi  
nomina singulorum Directorum Congregationis Tertiæ  
Ordinis ad proximiorem P. Ministrum Provincialem  
Ordinis Nostri, ut supra, quotannis transmittere, et cui-  
libet prædictorum Directorum injungere ut, ad mentem  
Constitutionum Apostolicarum, de erecta Congregatione,  
deque ejus statu ac membrorum numero, eundem P.  
Ministrum Provincialem certiore faciat, et cum eo  
quæ ad majorem Tertiariorum utilitatem conducere  
possunt, communicet.

Dat. Romæ ex Nostro Cœnobio Ssmæ Immac. Con-  
cept., die 18 maii, an. 1884.

L. † S. (Sign.) FR. BERNARDUS AB ANDERMATT<sup>®</sup>  
Min. Gen. qui Supra.